



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Avgvstae Tavrivorvm, 1578

[De Vicedomino.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96846)

& decretum. Hoc probatur C. de astore a tutore seu curato. da. l. vnica. Formam vero instrumenti cura ad lites habes j. in tit. de cura. §. cum autem. vers. instrumentum vero.

ADDITIO.

a Ad litteram. ¶ Formam hanc ponit Ros. in parte vii.

a ¶ De Orphanotropho. Rubrica.

SVMMARIVM.

- 1 Orphanotrophus qua sint opponenda.
2 Turpis persona, vel suspecta vite, non sit orphanotrophus.

ORPHANOTROPHI S pauca possunt opponi. Quid autem sit orphanotrophus, dixi s. de his, qui alieno nomine in iudicio interueniunt. ¶ Potest ergo opponi, quod non fecerunt inuentarium sollemniter & quod sunt minores xv. annorum. C. de episc. & cle. orphanotrophos. C. de legit. tutori. l. pe. ¶ Item, quod est turpis persona, vel suspecta vite. ff. sol. ma. si cum dorem. §. eo autem tempore vel illud speciale est in dote. Item quod eis interdicta est administratio. 3. quæst. 2. quia ea. extra. de accusat. ca. fin. & dixi infra, de tutore. §. si. in fi. & arg. ff. de cui. vendicatem. C. vnde vi. memine rint. Et hoc idem intellige in prelato ecclesie, & administratore vniuersitatis. De istis. no. j. de instrumentorum edi. §. dicto. vers. cu. sunt etiam.

ADDITIONES.

- a Ad istam & duas seq. sufficiat suum nigrum cum additione.
b Opponi. ¶ Verbum Vber. de Bo.
c l. penul. ¶ Ad hoc, & ad id quod sequitur, facit clemen. de reli. do. quia contingit, s. ut autem.

¶ De Vicedomino. Rubrica.

SVMMARIVM.

Vice dominus quis dicatur.

VI- CIAS ¶, quod vicedominus proprie est, secundum iura, qui præest rebus episcopalibus: vt lxx. x. distinc. volumus. & c. sequen. 1. quæst. 3. saluator. circa med. ver. in nomine, s. de his, qui alie. no. in iu. interue. prope prin. cuius formam collige ex præmissis.

¶ De Vicecomite. Rubrica.

SVMMARIVM.

- 1 Vicecomes quis dicatur.
2 Instrumentum constitutionis vicecomitis, quale debeat esse. Forma constituendi castaldionem & vicecomitem, est eade m.

VLTIMO loco nota, qualiter constituatur vicecomes. Et scias ¶, quod vicecomes dicitur ille, cui dominus temporalis committit executionem iurisdictionis suæ in aliquib. castreis: & sic vulgariter talē vocat Lombardi, & aliqui in patrimonio beati Petri: & talis nõ debet esse clericus: vt extr. ne cleri. vel mo. c. clericis. & constituitur sic: a) Instrumentum constitutionis vicecomitis b) FORM A Dominus talis elegit, fecit & constituit P. suū vicecomitem integre in omnibus pertinentiis talis terræ, vel castri, si bi super ipsa terra, & omnibus in ea habitantibus & habitaturis suæ potestatis & iurisdictionis plenitudinem delegat & commit tens. vt ex nunc, quandiu ipsi domino placuerit, tam super quæstionib. & causis quibuscūque audiendis, cognoscendis, & terminandis, quam super collectis, seruitiis, & omnibus & singulis ipsi domino debitis, petendis, exigendis, & recipiendis, nec non & si per imponendis & faciendis exercitiis & caluacatis ad honorē & seruitium ipsius domini & si p. manutenendis & seruandis iuribus & consuetudinibus eius, gerat & habeat in omnibus, & p. omnia vicem suā. Super criminalibus uero causis & maleficiis indagandis & recognoscendis, possit plene procedere: sententia tamen poenæ sanguinis & punitio personarum, ipsi & eius iudicio reseruat: qui dominus soleni stipulatione promissit dicto vicecomiti se firmum & ratum habiturum, quicquid circa prædicta duxerit faciendum. Cæterum in signum recognitionis plenitudinis, idem dominus ipsum P. de supra dicto officio cum chi-

rotheca vel baculo inuestiuit. ¶ Formam autem castaldionatus colligas ex præmissis.

ADDITIO.

a Vicecomitis. ¶ Ad litteram Rolan. ultima, in vii. part.

a ¶ De Tutore. Rubrica.

FREQVENTER se tutores afferunt, qui esse nõ possunt, & idcirco que contra eos obici possunt, videntur. Prænotandum autē est quod tutores & curatores, res, alii sunt testamentarii b, alii legitimi, alii datui, alii anomali. de quibus per ordinem prosequamur. Vltimo de eorū generalibus impugnationibus tractatur.

ADDITIONES.

Ad materiam istius rubricæ, & rubricæ sequentis, non sufficiunt volumina nam de ea occupati sunt duo libri Digesti, scilicet. xxvi. & xxvii. in C. e. tit. de te. tu. vsque ad fin. v. libri, quæ sunt rubricæ. xlvii. in j. li. In istis, sunt rub. xliii. f. de tutela vsque in fin. libri. in lib. Auth. rub. ii. col. 6. & 4. col. 7. ¶ Doctores autem prosequuntur. f. Azo in Summa; qui dare, darine tu. vel cu. possint. Bar. char. 2. ver. diximus, compendiose. ¶ Tancr. solum de ipsorū satisfacione, in rub. de satisf. procuratorum. & c. in fin. ¶ Ros. vbi de offi. iu. Respon. de offi. iu. qui bonis alicuius cura datur. cum iiii. seq. tractat materiam huius rubricæ, & seq. & inter ciuiles de actione tutelæ directæ. & in rub. seq. de contraria de quibus j. de iud. s. generalia. vbi tractabo quæstiones Pilei. De his duabus etiam Ioan. de Blan. & omnes libellarij. Vber. de Bo. j. §. ex persona. sepius allegato. ver. si veniat ad agendum, vt tutor. mihi char. x. Dicit, quod sapiens aduocatus agente tutore faciet principalem causam carere prin. & super eo. s. ver. si ista generalia. dicit se non consulturum alicui illum in aduocatum recipi, qui permittit in prin. intra decursum inchoari. Io. de Deo sine his verbis prosequitur. ¶ Vbertus Cauil. lib. iii. rub. de tutore, qui vult agere. Vber. de Bon. possit rubricam qualiter repellantur tutores & curatores in genere. ¶ Quæstionem autem dominicalem 77. de tutore & eius pupillo, qui in presentando discordant, plene vide de electio. ex eo quod. li. 6. super gl. ff. de iure immuni. ¶ Nostris temporibus fuit dubitatum, an tutela regis Legion. finiret finito anno 14. ita quod nec habere deberet curatorem. Quod illa ætate finitur tutela patet. In li. qui. mo. tu. si. in prin. & vide j. s. 1. ver. item quod is cur. Quod administrare deberet, allegabatur ius & factum ac conditio persone: de iure allegabatur. quod maior 14. causas beneficales & matrimoniales etiam in iudicio administrat vt maior. de iudic. c. vlt. li. 6. de rest. spo. ex parte. Si ergo administratio beneficii & coniugis sibi conceditur, concedi etiam debet administratio regni, ex quo finita est tutoris administratio. Arguebatur etiam de sexu ad ætatem: nam femina ex sexu est inhabilis ad iudicandum. ff. de re. iu. l. femina. & tamen si ex successione sibi debeat dignitas secularis, illam administrat. 1. 2. q. 2. cum deuotissimam. de arbi. dilecti. & vide quod ibi. no. in 3. gloss. & quod super ea dixi. & facit de priuil. ex parte. iiii. Item inducitur lex, cum p. ator. ff. de iud. quæ solum impuberib. ætatis respectu prohibet iudicare. Inducitur & lex, quidam consulebant ff. de re iudic. & quod no. de offi. deleg. cum vigesimo. Inducebatur etiam, quod pupus non cogitur curatorem habere: quia non datur inuito, nisi in litem. In sit. de cur. s. item inuiti. in facto dicebatur, quod dissentio tutorum erat damnificatio regni. Cum etiam Euangelista teleretur, quod omne regnum diuisum in se delolabitur, & domus diuisa non stabit. Math. 12. Quæ dissentio dicebatur in facto aliter se dari non posse, quam per administrationem adulti habentis penes se sapientes, quorum consilio regat regnum, per quod & propter multitudinem asstantium & officiorum ab antiquo ordinatore in domo & familia regia sperabatur regimen prosperari. De tertio dicebatur, quod multum ætatis supplebat discretio, sicut alias dicitur de despon. impu. c. 77. dil. monachus nouitius. & C. de proxi. sacro feri. l. in sacris. Et dicebatur ei conuenire illud Lucæ 13. Puer crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo. & quod Salomon adhuc puer electus fuit a Deo. Paralip. 23. & illud Prouer. 20. Ex studiis suis intelligitur puer. extr. de presumpcio. ex studiis. ¶ In contrarium inducebatur ceterus legis primæ in prin. ff. de mino. Item quod licet sit discretus adultus: tamen veniam ætatis non impetrat ante 20. annum. C. de his qui. v. æta. imp. l. 2. Item tales propria negotia administrare nesciunt: multo minus publica: vbi maus imminet periculum. de elect. vbi periculum. lib. 6. cum concor. Item stabilem mentem non habens, sapientium hominum non debet iura tractare. C. de testa. mili. l. fin. Inducebatur, in decorum esse, quod alios regant, qui seipos nesciunt gubernare. de æta. & qualita. indecorum & quod ibi scripsi post Arist. & post Socra. Inst. de excu. tu. s. minores. & verbum. Salo. xxx. Prouerb. notatum extr. de presump. ex studiis. Et Efa. 3. Dabo pueros principes eorum, & Eccleha. x. Væ terræ, cuius rex puer est: & cuius principes mane comedant. Et regis est proprium, iustitiam facere. 23. q. 5. regum. & speciale periculum allegabatur in ipso regno, in quo in criminalibus non appellatur, quia non recognoscit superiore, vt nota. l. x. ii. distinc. Adri. & de ipso. de donatio. inter virum & vxor. & si necesse. Ad hæc partem facit de sup. ne. prela. grandi. Et hæc pars fertur electa. Adde, quod uerba proposita addita sunt de verbo ad uerbum, Oldr. eius consi. 5. incipientes, quæstio talis.

b Testamentarii. ¶ Holtien. ibi. j. §. pen. in fi. remittit m, addebat quasi testamentarios.

¶ De testamentario Tutore.

¶ Obicienda contra dicentem se testamentarium tutorem.